



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 32. Bellum inter Mediolani Ducem, & Venetos redintegratum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV. gregationes habebantur; quapropter Re-
A.C. 1428. giarum propositionum discussio per inte-
 gram ferme annum protelata est.

§. XXXI.

*Regis articuli ferme omnes a Papa
 approbati.*

Enimvero Regis postulata Sacræ Sedi
 admodum noxia videbantur, nihil-
 ominus Martinus Papa, cum pacem Ec-
 clesiæ, postpositis etiam quibuscunque
 commodis revocare perciperet, cunctos
 ferme articulos, adhibitis duntaxat qui-
 busdam moderationibus, ratos habuit.
 Singulis Alphonsi petitionibus suum an-
 nexuit responsum, quorum quodlibet, cum
 sigillatim ad Regem mittendum esset, plu-
 rimos toto deliberationis tempore nun-
 cios ultro citroque ablegare oportebat.
 Præprimis igitur cessum Alphonso Pa-
 niscalæ castrum cum omnibus juribus
 suis; datum corpus D. Ludovici, ac re-
 missa omnia, quæ ex Camera Apostolica
 perceperat; eodem quoque modo cetera
 Alphonso concedebantur. Nihilominus
 Rex nimia Pontificis facilitate abuteba-
 tur.

§. XXXII.

*Bellum inter Mediolani Ducem & Ve-
 netos redintegratum.*

Currente hoc anno, cum & hyemis
 aspe-

asperitas remissior, & siccitas æstatis maxima esset, pestilentiaë rabies magnam Italiaë partem misere devastabat. Nihilominus tamen pax Mediolanensem Ducem inter & Venetos, Florentinos, eorumque foederatos sancte firmata violabatur, belli fomitem rursus subjiciente Florentinorum levitate, ac inconstantia, nec non eorumdem insatiabili cupiditate, qua fines suos in Lucensis urbis detrimentum, quam tunc Paulus Guinesius tenebat, extendere anhelabant. Præterea hostilia molientibus calcar addiderat Nicolaus Braccius celebris illius, cujus supra meminimus, Bracii Nepos. Equidem summus Pontifex, & plures alii sanioris consilii Viri Florentinos ab hoc proposito dehortari nitebantur; Ast incassum omnia; unde per complures annos hoc bellum exarsit.

§. XXXIII.

Bononienses a Papa bello invasi, eorumque urbs interdicto subiecta.

Posteaquam Bononienses Pontificis imperium excusserant, Martinus V. arma contra eos movit, urbemque interdicto multavit, cujus Bullam, cum nemo Bononiensibus deferre auderet, Conradinus ex Ordine FF. Prædicatorum id officii se suscepturum ultro Pontifici promissit, atque ut interdicti sententia omnibus

Hist. Eccles. Tom. XXVI.

Nu in-

Sæcul. XV.

A C. 1428.

Pogg. l. 6.

Antonin. tit.

2. c. 9.

Blond. 3.

dec. 4.

Land. de Vi-

ris illustr.

Ord. Præd.

l. 5.